

/91r/ .xxxviii. ITEM ALIA .

Oportet nos fratres dilectissimi annuntiare uobis . quod modo dies sanctificati ac uenerabiles sunt . In quibus a uitiiis et peccatis possumus nos mundare . si cum bono animo et bona uoluntate . Hoc ieiunium uoluerimus implere . non solum autem ab stinencia carnis . sed etiam ab omnibus uitiiis . Quid enim proficit ieiunare et abstinere a carne et uino . nisi cessemus a uitiiis et peccatis . Nos enim legimus . quia dominus per spiritum sanctum iussit ionae prophete populo nineuitarum prædicare . Sed quia ipse populus impius et sacrilegus erat et malignus . timuit illuc ire . sed iterum ammonitus est per spiritum sanctum . et perrexit in nineuen ciuitatem magnam . et tunc predicauit ibi quod a domino iam dictum erat quod /91v/ ciuitatem et populum illum post dies .xl. perderet . et deleret de terra propter eorum malitiam . Sed mox ut audiuit rex uerbum domini per prophetam . uestiuit se cilicio et sedit in cinere . et iussit populum suum ita indui ut illis tribus diebus nec homines nec iumenta . nec boues nec pecora gustarent quicquam nec pascerentur . et aquam ne biberent . et quando uidit deus tantam afflictionem et tantam conpunctionem et eorum lacrimas quia conuersi sunt de uia sua mala . misertus est populo suo et dimisit illis peccata sua . Ad uestite ergo fratres si populus impius et idolis seruiens tam cito potuit mitigare iram dei . quanto magis nos fideles christi . qui de suo sumus sanguine redempti et sumus filii uocati . poterimus ab eo impetrare ut dimittat nobis peccata uestra . si bono animo istud triduanum ieiunium impleuerimus . Cognoscat ergo unusquisque christianus pro certo . quia quando famis . aut mortalitas hominum siue pecc[at]orum<sup>1</sup> . siue siccitas aut nimia pluuias . siue

tempestas aut qualiscumque tribulatio uel persecutio a malis hominibus fiunt . non de alia parte ueniunt super nos nisi propter nostra peccata . Quia precepta dei non custodimus . propter hoc autem mittit deus in nos flagella non ut pereamus . sed ut conuertamur ad eum et emundemur . Quia omnipotens deus nullam rem sub cęlo tantum amat . quantum animas hominum . Ideo dixit iesus in euangelio . Nolo mortem peccatoris . sed ut magis conuertatur a culpa et uiuat . Isti igitur dies sanctificati sunt per ieiunium triduanum . ante ascensionem domini nostri iesu christi . sicut illi tres dies quadragesimę ante pascha sed illi tres dies tristitiam passionis christi significant .<sup>2</sup>

/92r/ Isti uero letitiam resurrectionis et gloriose ascensionis eius ad cęlum nobis demonstrant . Multi autem homines querunt . quare istis tribus diebus in hoc tempore ieiunamus . Nos enim legimus . quod a sancto mamerto uienensium ciuitatis episcopo . Hęc consuetudo primum initiata est . quoniam in eius tempore mortalitatem magnam populus suus pertulit . et infirmitas grauissima super suam plebem euenit . et talis fuit illa mortalitas . ut illi homines qui illos mortuos ad sepulturam portabant . aut super sepulchrum aut in uia mortui cadebant . Ideoque supra dictus mamertus sanctus episcopus rogauit uenire omnes uicinos episcopos . qui in gallia illo tempore erant et uoce lacrimabili ad illos dixit . Ieiunemus ergo fratres . ut discedat a nobis hęc mortalitas . Quia si deus omnipotens illo populo nineuitarum qui idolis seruiebat . per ieiunium et orationem et lacrimas et gemitum misertus est . quanto magis nobis qui christiani sumus et in baptismo diabolo et omnibus pompis et operibus eius rennuimus . et deum patrem omnipotentem et filium et spiritum sanctum credimus miserebitur . et dimittet crimina et facinora nostra . et statim ut illi episcopi et ille populus hoc ieiunium cum bono animo unanimiter impleuerunt . Ira dei et omnis mortalitas ab ipso populo discessit et recuperata est sanitas in eis . Propter hanc

causam illi sancti patres in unum constituerunt . ut in isto tempo  
re tribus diebus omnis populus christanus in partibus galliarum  
Hoc ieiunium cum humilitate et oratione et aelymosinis celebra  
rent . Et ideo rogo et ammoneo uos fideles christi . ut in  
istis diebus ieiunium et orationem et aelymosinam cum bona uolun  
tate adimplere faciatis . et a cybo uel potu usque ad horam  
nonam abstineatis nisi quem infirmitas ieiunare non permittit .  
Discamus ergo humilitatem . per quam deo appropinquaue possumus .  
/92v/ ante deum nos humiliemus . ut in nobis habitet dei uirtus . Respuamus  
superbiam . quia per illam mirabilis angelorum creatura cecidit de celo . sicut scrip  
tum est . Deus superbis resistit . humilibus autem dat gloriam . Timeo autem  
fratres et dolet me . quia multos in uobis uideo tam uiros quam feminas . qui  
istos dies non pro humilitate sed propter uanam gloriam et superbiam colunt .  
quia quantum plus pretiosa uestimenta habere possunt . semetipsos  
ornant et induunt se . et diliciosa sibi conuiu`i`a preparent et ebbie  
tatem sectantur . et non pro dei timore nec amore . sed pro sua misera  
exaltatione in unum conueniunt . et dum plus debuerant sua  
peccata ieiunando orando et ad aecclesiam ueniendo plangere  
magis crescunt in sua misera exaltatione . et uanitatibus huius  
mundi . Tale enim ieiunium reprobatur deus sicut per prophetam dicit . In diebus  
ieiunii uestri inuenietur uoluntas uestra . et omnes debitores uestros  
repetitis . Quale autem ieiunium diligit Iterum per prophetam dicit .  
Hoc est magis ieiunium quod elegi . Frange esurienti panem tuum . et e  
genos uagosque induc in domum tuam . Si uideris nudum uesti eum .  
et carnem tuam ne despexeris . Et si uideris uiduas et orfanos oppres  
sos a malis hominibus . In quantum potes adiuua eos et defende  
et mortuos sepeli . et infirmos uel in carcere positos uisita . et  
de bonis tuis eos refice . Et si tunc clamaueris ad dominum . exau  
diet te deus et dicet tibi . iuxta te sum . Quoniam misericors est dominus deus  
supplicantibus et diligentibus se . quibus promisit claritatem eternam .  
Rogationes<sup>3</sup> autem ideo dicuntur . quia illis diebus debet unus

quisque homo rogare deum ut dimittat illi peccata commisa .  
Caueat autem né falsum iudicium propter aurum et argentum iudicet .  
licet rogando dimittat illi deus peccatis . quia scriptum est .  
In quo enim iudicio . iudicaueritis . iudicabitur de uobis . Quoniam  
qui misericors non fuerit . ipse misericordiam non consequetur . Et qui  
/93r/ bene iudicauerit in hoc seculo . melius iudicabitur de illo in uita eterna .  
Sic et rapaces caueant qui res alienas per malum ingenium et per potesta  
tem tollunt . quia in infernum sine fine cruciabuntur . Periurium  
nullus faciat . quia<sup>4</sup> scriptum est per iurii et rapaces regnum dei  
non possidebunt . Furtum nullus presumat facere . quia fures et latro  
nes deus non amat . Homicidium nullus homo presumat<sup>5</sup> facere .  
quia maximum et primum peccatum est . sicut scriptum est . Cain primus  
homicida per inuidiam occidit abel fratrem suum . et qui illud facit  
non uenit ad poenitentiam . nisi ieiunando et plorando et abstinen  
do grandi abstinentia . et pleniter penitendo . Adulterium  
fugite . quia scriptum est . adulteros deus iudicat . Caueant poten  
tes huius seculi quod scriptum est quia potentes . potenter tormenta pati  
entur . Considerate autem omnis communiter . Ubi sunt parentes  
uestri . quos aliquando habuistis in hoc seculo et nunc non apparent .  
et si bona non fecerunt in uita sua in infernum cum diabolo et sociis  
eius cruciantur . Quid illis adiuuat purpura aut diuitiae  
temporales . aut aurum aut argentum uel res pauperum . quas per malum  
ingenium et potentiam tulerunt . Quid illis adiuuat eorum superbia  
aut luxuriosa conuiuia . uel crassitudo et pulchritudines aut  
possessiones uel diuitię huius seculi . Numquid cum illis in infernum  
descenderunt? Non quidem . sed hęc omnia in hoc saeculo dimise  
runt . et ipsi sine ulla consolatione cruciantur in flammam  
ignis . Ideo rogo et ammonéo uos fratres karissimi . ut in istis diebus  
ad aecclesiam dei ueniatis cum omni humilitate et mansuetudine .  
cum reuerentia et suauitate ieiunantes et orantes . ut pius et mi  
sericors deus nobis et uobis pacem pariter tribuat . Famem a nobis tollat .

infirmitates et egrotationes<sup>6</sup> auferat . pluuiam quando necesse  
fuerit donec . serenitatem cęli donare dignetur . peccata dimittat .  
/93v/ Crimina indulgeat . reo et peccatores ab omni uinculo peccatorum  
absoluat . Omnes iniquitates deponat . fidem rectam confirmet .  
spem certam fideliter sperare faciat . Iustitiam amplificet . castita  
tem mentis et corporis concedat . Omniumque bonorum operum in nobis  
uirtutem inmittat . Supra haec autem omnia caritatem perfectam  
in cordibus nostris perfundat . Prestante domino nostro iesu christo . qui cum  
eo et spiritu sancto uiuit et regnat . per infinita secula seculorum Amen .

<sup>1</sup> at seems to have been erased.

<sup>2</sup> rubricated o-o-o follows final punctus

<sup>3</sup> rubricated symbol in outer margin – H with superscript c or t, possibly Haec.

<sup>4</sup> quia] MS quia faciat, with faciat expunged

<sup>5</sup> presumat] corr. from presumet

<sup>6</sup> egrotationes] the scribe appears to have first written egrotataones.